1

Perillustris Admodum Rde Dne
Dne et Benefactor Principalissime.

Munificentissimis onustus Gratijs Perillustris Rssima
Dnaonis, quàm primum Zelvâ perveni Vilnam,
Memorialis meo commissa puncta omnia ad
amussim exequi curavi. Nempe Rnum
Macelewicz adij, eiq omnia dicenda dixi;
duasq causas tam cum Rdo Dne Sampecki
quam etiam cum Dartars in Consistorio
urgendas proposui. Ad R. P. Zawski
præteritâ postâ in omnibus mihi demandatis
punctis iam scripsi Varsaviam. Ut ad

Lietuvos TSR
CENTR.
BIBLIOTEKA
Mokslų Akademijos

8

Perillustrem Illustrissimam Dominationem scriberem quantocius, quaesivi
certam Occasionem, sed dum eam nusquam reperi, nunc
ad Literas Illustrissimae Dominationis licet per incertam scribo;
iterumque post aliquot dies captatâ certiore Occasione scribam.
Noster Illustrissimus Coadjutor Capitaneus nec Legatus, nec sanus decumbit
in suo Palatio. Illustrissimus Suffraganeus Judicia Spiri-
tualia reassumpsit, judicando ipsemet in Persona sua.
De caetero nihil Singulare de Novis, nisi quod in Electione
Legatorum Comitiola Vilnensia rupta, Smolenscensia
et Staroduboviensia bis absoluta uno eodemque die; semel
summo Mane circa horam tertiam Matutinam; alterâ
vice in hora consveta; in utrisque Electi Legati, ita ut
tam Smolenscensis quam Starodoboviensis terra
fertilis usque adeo, quod quatuor Legatos electos habeat.
Ego Veniens Vilnam Singularem habui Consolatio-
nem, quod Admodum Reverendus Pater Rector Polocensis Missioni

2

meo non tantum sex Subditos à me indagatos Polocenses perpetuo donavit Jure, sed omnes prdterea quotquot ex Bonis Polocensibus nostris transfugi Jure perpetuo mihi donati cum Consensu et Approbaône Juridica Adm. R. P. Provincialis Nostri. Jamq hodie iter ingrediendo ad eos conquirendos, Monasceplo bovum, post tres dies Vilnam rediturus, Excellissimam Dnaônem nunc et prosemper demississimâ cultu Veneratione, Gratâ Mente, Corde, et Ore Beneficentiam Maximam veneror, Maneoq

Perillris Excellissimé Dnaônis

Servg in Xto Infimus

Ignatiq Ostrowski

S. J. M.

Vilnæ ad S. Joannem

29 Augusti 1730.

A. 17 Septembris praesentes tradite